

卷之三

八

DIRECTORIUM LITURGICUM

Sanctae Metropolitanae Ecclesiae

NEC NON

ARCHIDIOECESIS GORITIENSIS

JUSSU ET AUCTORITATE

Celissimi Excellentissimi ac Reverendissimi D. D.

ALOYSII

DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA

ARCHIEPISCOPI GORITIENSIS

PRINCIPIS DIGNITATE INSIGNITI,

SOLIO PONTIFICIO ASSISTENTIS,

S. C. AP. MAJESTATI A CONSILIIS INTIMIS,

CONSILIARII IMPERII IN DOMO SUPERIORI,

SS. THEOLOGIAE DOCTORIS

etc. etc.

AD USUM VENERABILIS CLERI SAECULARIS

SUAE ARCHI-DIOCESEOS

EDITUM

PRO ANNO BISSEXТИLI

MDCCCXCVI.

1896



GORITIAE

Typis Hilarianis edit.

1895.

Festa Mobilia ac Tabella Temporaria
PRO ANNO BISSEXTILI 1896.

Dominica Septuag.	2. Febr.	Dominicae post. Pentec.	26.
Dies. Ciner.	19. "	Dom. I. Advent.	29. Dec.
Pascha Resurrect.	5. April.	Littera Dominicalis	e d.
Rogationes	11. 12. 13. Maii.	Aureus Numerus	16.
Ascensio D. N. J. C.	14. "	Epacta	XV.
Dominica Pentec.	24. "	Cyclus Solaris	29.
Fest. SS. Trinit.	31. "	Indictio Romana	IX.
Solemn. SS. C. Chr.	4. Junii	Litt. Martyrol	q. minusc.

JEJUNIA QUATUOR TEMPORUM.

Verna	26. 28. 29. Febr.	Autumn.	16. 18. 19. Sept.
Aestiva	27. 29. 30. Maji	Hyemal.	16. 18. 19. Dec.

In qualibet Sacristia pateat sequens inscriptio:

ET

Antistite Nostro

A L O Y S I O

et

Imperatore Nostro

FRANCISCO JOSEPHO.

Adnotationes Liturgicae.

I. Sacerdos maxime curare debet, ut ea, quae clara voce dicenda sunt, distincte et apposite proferat; non festinanter, ut advertere possit, quae legit; nec nimis morose, ne audientes taedio afficiat, etc. *Rub. Missal. P. I. Tit. XVI. n. 2.*

II. Si quis breviore tempore, quam triente unius horae Missam celebraverit, eum suspensione a Divinis tantisper multabimus, dum discat debito honore et cultu tremendum hoc et omnium Sanctissimum Mysterium ad fidelis Populi aedificationem tractare. Non solum autem ita celebrantes, sed etiam Sacristas et Ecclesiarum Praefectos, qui huiusmodi Sacerdotes celebrare permittent plus una vice, et non denunciabunt in hac quidem Urbe Nobis, extra vero Decanis gravissime puniemus. *Syn. Aquil. an. 1740. Cap. XIV. de observ. in celeb. Miss. §. Ad eorum.*

III. Qui Missam praecipitat, in Infernum praecipitat. *V. Avila.*

IV. Extra casum praecisae necessitatis non potest permitti, ut Clericus in Minoribus constitutus pro Subdiacono suppleat in Missis Solemnibus. In casu tamen necessitatis potest supplere paratus sine Manip. *S. R. C. 18. Dec. 1784.*

V. Sacerdos celebraturus ad Altare, in quo SS. Sacrament. expositum est, quando accedit ad Altare, vel ab eo recedit, utroque genu flectit in plano; quoties vero ad ejus medium accedit, uno tant. genu. Dum vertit nunquam perficit circulum, sed post osculum Altaris (*quando est jam in medio, cum vero ad illud accedit, ante osculum*) facta genufl. parum se retrahit ad partem Evang., eique renibus versis sistens, dicit: *Dominus vobiscum, vel Orate Fratres,* ac rediens in medium, et facta iterum genufl. perficit ea, quae facienda sunt. Manus lavat in plano ad cornu Epist. versa facie ad populum, ibique linteo eas abstergit, atque in Miss. Solemn. incensatur. In benedictione populo danda, dicto: *Omnipotens Deus,* genufl. et retrahens se ad latus Evang. benedit; non perficit circulum, neq. ad medium reddit, sed ibi conversus ad Altare, idem non signat, sed librum tant. vel tabellam, et seipsum.

VI. Non licet Miss. privat. celebrare ad Altar. maj. ubi

expositum est SS. Sacramentum, quando in eadem Eccles. sunt alia Altaria. *S. R. C. 9. Aug. 1770.* Nec dicendae sunt Miss. de *Requiem* ad Altar. later. durante Exposit. SS. Sacramenti. *Instruct. Clem. XII. 1. Septemb. 1736, §. 17.* In Miss. coram expos. SS. Sacram. non pulsatur campanula ad elevationem. *Ibid. §. 16.*

VII. In Exposit. et Benedict. SS. Sacramenti, excepto Temp. Pasch. et infr. Octav. Corp. Cristi non est addendum *Alleluja* ad *Y. Panem de Coelo. S. R. C. 5. Jul. 1698,* et numquam ante Orat. dicendum est: *Dominus vobiscum. S. R. C. 3. Mart. 1761 etc.*

Dum Missa celebratur coram Sanctissimo in altari exposito, debet fieri de eodem SS. Sacramento commemoratione post omnes alias commemorationes de praecepto faciendas et in Missa solemni tantum 1. vel 2. cl. est facienda sub unica conclusione. *S. R. C. 23. Jun. 1736.* Quando est expos. SS. Sacram. et licet sit velo serico obductum, concio detecto capite facienda. *S. R. C. 23. Sept. 1837.*

VIII. Sanctissimae Eucharistiae Particulas frequenter (*Parochus*) renovabit. Hostiae vero, seu Particulae consecrandae sint recentes; et ubi eas consecraverit, veteres primo distribuat, vel sumat. *Ritual. Rom. Tit. de SS. Euch. Sacrament. §. Sanctiss. Eucharistiae.*

Particulae Sacramenti renoventur, hyeme saltem singulis quindecim diebus, aestate vero octavo quoque die. *Synod. Aquilej. Cap. VIII. de asserv. Euch. n. 4.*

Pyxis est purificanda intra Missam ante Calicis purificationem, collectis in ejus fundo fragmentis omnibus diligentissime cum indice dexteræ manus; et cum eodem indice sumi poterunt, admoto eodem linguae, vel ad labium Pyxidis fragmentis deductis, et ore eidem admoto, ita ut nullum remaneat fragmentum. Deinde infundi potest paululum vini, quo circumacto infra Pyxidem et tergente indice, tota pars interior abstergatur; quo infuso in Calice et hausto, exsiccabitur Pyxis interior undequaque Purificatorio. *Merati Pars. II. Tit. X. Rub. 7. lit. b.*

IX. Missa exequiarum corp. praes. cantari potest (si excip. Dom. et Festa de praecepto iis in locis, ubi unica M. celebratur) omni die, demptis dieb. hoc in Directorio notatis.

Miss. de Req. cantata accepto primo nuntio de obitu alicujus in loco dissito def., — dier. 3. 7. et 30. post obit. vel sepult. — et Annivers. dispos. Testatorum permittitur etiam in dupl. maj.; prohibetur vero in dupl. 1. et 2. cl., in Dom., et diebus hoc in Directorio suo loco indicatis, quo in casu anticipatur die prima non impedita. Ex plur. Decr.

S. R. C. Quoad casus particulares consulatur Tabella in qualibet Sacristia patens edita 23. Apr. 1850.

Quum unicum tant. nocturnum defunctorum dicit. omittitur *Invitatorium*, quod dicitur tant. in die depositionis. et quando dicuntur tres nocturni; secus numquam. S. R. C. 4. Jun. 1817.

Missas defunctorum autem privatas etiam praesente corpore, nullus Sacerdos audeat sine Indulto in dup., Dom. et aliis dieb. a Rubrica exceptis celebrare. S. R. C. 17. Jun. 1843. Quod vero *Indultum Celsissimus Ordinarius pro nostra archidioecesi obtinuit*: unde amodo licet in duplicibus, praesertim ruri, Missam privatam defunctorum praesente cavarere celebrare, quoties licita esset cantata: si haec haberi non possit.

In Missis privatis quotidianis dicuntur regulariter tres orationes, quarum prima (*Deus, qui inter . . .*) et tertia (*Fidelium Deus . . .*) semper manente, secundo loco interdum alia dicitur, v. g. pro persona defuncta vel defunctis, pro quibus Missa celebratur; — vel ut in generali applicatione pro patre et matre Sacerdotis etc. — sumenda ex Or. divers. pro defunctis in Missali assign. S. R. C. 12. Aug. 1854.

In Miss. Defunct. cum paramentis nigris potest. s. Communio Fidelib. ministrari etiam cum particulis praecomsecratis. Sive autem hoc fiat immed. post Miss. Def., sive ex rationabili causa immed. quoque ante eandem Miss., in utroque casu omittenda est benedictio. S. R. C. 27. Jun. 1868.

X. Festum Patroni vel Titularis Ecclesiae ipsa die, qua occurrit (nisi impediatur sec. Rubr.) celebrari debet sub ritu dup. 1. class. cum Octava a sacerdotibus addictis servitio illius Ecclesiae Parochialis, et non ab aliis. Idem valet etiam de Ecclesiis aliis curatis (non autem de Titulo Cappellarum public. et Oratorior. S. R. C. 12. Non. 1831). S. R. C. 8. Aug. 1743. et 26. Sept. 1859. — Offic. hujusmodi Festi recitatut ut in Brev. cum II 1. n. ppr. vel de Com.; si vero tale Off. in Brev. non habeatur, legatur de Com. (S. R. C. 7. Dec. 1844). Infra Oct. fit de hoc Festo com. in Vesp. L. et M. cum Credo (S. R. C. 6. Sept. 1845). — Pro die Octava ritu dupl. celebranda (II. 1. n. script. si adsint, alias ut in die) consulatur Octavarium Rom., vel si non habetur fiat Off. de Com., vel ut in Festo. — Si in die Festi vel in ejus Octava aliud Off. occurrit. hoc (serv. Rubr.) transferatur ad diem proximam non impeditam, removendo ex hac festum Dir. Dioec. cuiuslibet ritus translatum. S. R. C. 18. Oct. 1696.

Ad amovendam omnem anxietatem circa rectum ordi-

nem celebrandi Off. translatum ob occurr. Festi Titular. ejusque Oct. adjumento erit paulo post adjecta Tabula : *Titular. Eccl. omnium hujus Dioecesis — et Off. tranlatorum.* Pro recto usu hujus Tabulæ panca haec sunt:

Nrus. lineae primæ verticalis, sedulo notandus in Eccl. Tit. ppr., quia ope hujus Nri tantum facillime eruitur de quonam Festo translato in respectiva Ecclesia Officium — add. 9. l. et com. Dom., Vig. aut simpl. fors occurr. — agi debeat diebus vacuis (aut etiam in Dir. notatis fuit). aut de quo Festo debeat fieri die ppr. saltem com. in utr. Vesp., L. et M.

XI. Amictus, Albae, Tobalea Altaris et Mappulae ex gossypio confectae prohibentur, et quod in posterum ex lino, vel cannabe sint decernitur; si quae sunt ex possyppio adhiberi permittuntur usque ad consummationem Corporalia vero, Pallae et Purificatoria, quae non sunt ex lino, vel cannabe confecta, omnino prohibentur. *S. R. C. 15. Maii 1819.* In fimbriis autem et manicis albarum aliarumque vestium minime licet immittere fundum rubrum, qui sub velo textili interluceat. *S. R. C. 17. Aug. 1833. et 5. Dec. 1868.*

XII. Lumina nisi cerea, vel supra Mensam Altaris vel eidem quomodocumque imminentia non adhibeantur. *S. R. C. 31. Maii, et 3. April. 1821.* Hinc Candelae vulgo *Steariche* nuncupatae accendi non poterunt utpote ex adipre et sebo maxima ex parte compositae. *S. R. C. 16. Sept. 1883.*

XIII. Nullae coronides ligneae circa altaris angulos ducantur. *Caerem. Epporum L. I. c. 12. n. 11.*

XIV. Preces, quae post Missam dicuntur, recitari debent post lectum ultimum Evangelium. Idcirco *improbans* est usus *differendi* recitationem praescriptarum Precum post administrationem SS. *Eucharistiae*, quae fieri solet post Missam: *S. R. C. 23. Sept. 1887.*

XV. Utrum ferri possit consuetudo plurium Ecclesiarum asservandi SS. Eucharistiam in duobus aut tribus altaribus simul? *Negative* resp. *S. R. C. 16. Mart. 1861.*

XVI. *Execrata* habenda sunt altaria fixa, quorum se-pulchra olim per parochos *aperta* fuere, et post repertas sacras reliquias iterum clausa: *S. R. C. 31. Aug. 1869.* Ne vero execratum habeatur altare, si sepulchrum apertum non fuerit; sed tantummodo novo caemento firmatum: *S. R. C. 25. Sept. 1875.*

XVII. Omnino *eliminetur* consuetudo dicendi in Communione Fidelium: *Ecce Agnus Dei, et Domine non sum dignus idiomate vulgari*: *S. R. C. 23. Maii 1835.*

XVIII. Sacra Rit. Congregatio prohibuit nomen defuncti vel defunctae inserere in orationibus, ubi lit. N. non ponitur: *Decr. dd. 7. Apr. 1832.*

XIX. *Credo* in Missis solemnibus non ante Sermonem, sed *post* Sermonem dicendum: S. R. C. 16. Mart. 1561. Item non licet Celebranti solemniter Missam *prosequi*, dum a Choro *Credo* decantatur: S. R. C. 13. Sept. 1610.


XX. Solemni in Missa ne musici concentus nimis producantur: quum non Missa musicae, sed *musica Missae famulari debeat*: S. R. C. 21. Febr. 1643.

XXI. „Utrum in collatione Baptismi interrogations possint fieri *vernaculae*, vel saltem *vernaculae iterari*, postquam latine factae fuerint? Resp. „*Negative quoad utramque partem.*“ S. R. C. 12. Sept. 1857.

XXII. Oratio *ad libitum* sic dicitur, non quia pro libitu omitti potest; sed quatenus pro devotione Celebrantis una aut altera ex Missali eligi potest. *De Herdt. S. Liturg. Praxis P. I. Tit. IX. n. 83.*

Expositio Abbreviationum.

†† Signant Festa de praecepto; † Fest. abol. in quibus Miss. Parochial. pro populo applicari debet. *R.* Reliquias Sanctor. quae in hac S. Metropolit. asservantur. Litterae majusc in margine colores Paramentorum, nempe: *A.* album; *R.* rubrum; *Vir.* viridem; *Viol.* violaceum; *Nig.* nigrum; *Off.* Officium; *ppr.* proprium; *n.* nocturnum; *l.* lectionem; *ll.* lectiones; *Brev.* Breviarium; *Matut.* Matutinum; *L.* Laudes; *P.* Primam horam diurnam; *Dup.* ritum Duplicem; *Sem.* Semiduplicem; *M* vel *Miss.* Missam; *Missal.* Missale; *Glor.* Hymnum angelicum; *Cr.* Symbolum Apostolorum; *Epist.* Epistolam; *Ev.* Evangelium; *Evang.* Evangelistam; *Grad.* Graduale; *Tract.* Tractum; *VV.* Versiculos; *RR.* Responsoria; *Praef.* Praefationem; *Or.* Orationes; *Seqr.* Secretam; *Postc.* Postcommunionem; *Ap.* Apostolos; *M.* Martyrem; *Mm.* Martyres; *Ep.* Episcopum; *C.* Confessorem; *Ce.* Confessores; *V.* Virginem; *Vv.* Virgines; *Vid.* Viduas; *Eccl.* Ecclesiam; *Doct.* Doctorem; *Ant.* Antiphonas; *Pp.* Papam; *Pont.* Pontificem; *Lib.* Libellum Dioec. novissimum; *Fol.* Folium Dioec. novissimum; *Libr.* Librum; *Libit.* Libitum; *mer.* *supr.* Hymni Confessorum mutationem *meruit supremos.* * Inspiciendam esse tabulam pag. 9 et 10 ab illis Sacerdotibus tantum, quibus celebranda est propriae Eccl. Octava, quae autem in Ordine huj. Directorii breviter tantum notatur. -- *I. P.* Absol. vel Bened. cum Indulg. plen. pro Tertiariis.



Tabula

PRO CELEBRANDIS MISSIS VOTIVIS PRIVATIS, QUAS IN
FESTIS DUPLIC. ETC. CELEBRARE NON LICET.

MISSA VOTIVA	COLOR	MISSA	GLORIA	CREDO	PRÆF.	IN FINE	ORAT.
De SS. Trin.	Alb.	Prop.	Omit.	Omit.	Prop.	Benedicamus	2. et 3. diei cur.
De Spir. S.	Rub.	Prop.	Omit.	Omit.	Prop.	Benedicamus	2. et 3. diei cur.
De SS. Sacr.	Alb.	Prop.	Omit.	Omit.	De Nativ.	Benedicamus	2. et 3. diei cur.
De Passione	Viol.	Prop.	Omit.	Omit.	De Cruce	Benedicamus	2. et 3. diei cur.
De S. Cruce	Rub.	Prop.	Omit.	Omit.	De Cruce	Benedicamus	2. et 3. diei cur.
De B. M. V.	Alb.	Prop.	Dicit. in Sab.	Omit.	Prop.	Bened. extr. Sab.	2. diei et 3 de Sp. S.
De Angelis	Alb.	Prop.	Dicit.	Omit.	Com. vel de Temp.	Ite missa est	2. et 3. diei cur.
De Apostolis	Rub.	Prop.	Omit.	Omit.	De Apost.	Benedicamus	2. et 3. diei cur. *)
Pro quac. necess.	Viol.	Prop.	Omit.	Omit.	Com. vel de Temp.	Benedicamus	2. et 3. diei cur.
De Martyr.	Rub.	Prop. vel de Com.	Omit.	Omit.	Com. vel de Temp.	Benedicamus	2. et 3. diei cur.
De Conf. V. et Vid.	Alb.	Prop. vel de Com.	Omit.	Omit.	Com. vel de Temp.	Benedicamus	2. et 3. diei cur.

*) In M. Ss. Petri et Pauli vero loc. *A cunct. dic. Concede* de B. M. V.

In fine semper legitur Initium Ev. s. Joannis.

OFFICIA SANCTORUM

relate ad rubr. X. hoc anno translata etc.

Titularis Ecclesiae			Lectiones Nocturn.		Assignatur	
N.	Dies.	Fest. Ss.	I.	II. et III.	Festo Ss.	Dies.
1	17. Jan.	Anton. Ab.	<i>B. vir.</i>	ibi *	Tim. dup.	21. Feb.
2	21. Jan.	Agnet. V. M.	ibi	ibi	**	—
3	3. Febr.	Blas. Ep. M.	<i>A. Mil.</i>	in Lib.	Schol. d.	21. Feb.
4	13. „	Fuscae V. M.	2. loc.	{ 2. loc. <i>Thesaur.</i>	Joan. d. M. d. Titi d.	25. „
5	14. „	Valent. M.	<i>Fr. deb.</i>	{ 1. loc. Lib. 215.	Zoili sem. Cyrilli dup.	” “
6	24. Mar.	Gabrielis	in Lib.	in Lib.	(sine Oct.)	—
7	25. „	Ann. B. M. V.	ibi	ibi	”	—
8	12. Ap.	Zenon. E. M.	<i>A. Mil.</i>	in Lib.	—	—
9	23. „	Georg. M.	<i>Fr. deb.</i>	{ 2. loc. 1. loc.	Cath. d.	13. Maii
10	„ „	Adalb. E. M.	<i>A. Mil.</i>	Oo. 1. loc.	{ Georg. s. Cath. d.	15. „ 13. „
11	25. „	Marci Ev.	ibi	ibi	Athan. d.	13. „
12	3. Maii.	Inv. Ss. Cruc.	Oo. ibi	9. 1. Int.	Antonin. d.	13. „
13	4. „	Floriani M.	<i>Fr. deb.</i>	1. loc.	Monic. d. Sigism. d.	13. „ 15. „
14	5. „	Gothardi Ep.	<i>Fidelis</i>	Oo. 1. loc.	Pii d. Nerei s.	13. „ 15. „
15	16. „	Ubaldi Ep.	<i>Fidelis</i>	ibi	Joan. d. Pasch. d.	22. „ 24. „
16	31. „	Cant.. Mm.	<i>Fr. deb.</i>	in Lib.	Norb. d.	9. Jul.
17	Dom.	Ss. Trinit.	ibi	ibi	—	—
18	9. Jun.	Prim... Mm.	<i>Fr. deb.</i>	in Lib.	Felic... d.	9. Jul.
19	13. „	Anton. Pat.	<i>Justus</i>	ibi	Gerv... s.	” “
20	15. „	Viti.. Mm.	<i>Fr. deb.</i>	in Lib.	Niceae d.	” “
21	4. Jul.	Uldarici Ep.	<i>Fidelis</i>	in Lib.	Pii d.	23. Oct.
22	20. „	Marg. V. M.	<i>Confit.</i>	in Lib.	Hieron. d. Pantal. d.	14. Aug. 23. Oct.
23	21. „	Daniel. Pr.	{ ExDom. 3. Nov. .	{ Dom. 24 p. Pent.	Camil. d. Nazari s.	11. Sept. 23. Oct.

* 19. Jan. (*omiss. S. Canut.*) fit Off. ut in Direct. sine com. Oct.** 28. Jan. Off. ut in Festo, (exc. Ant. ad *Magn.* in 1. Vesp.— Or. et Miss. ex 28. huj.) ll. 1. n. script. occ., IV. ex hac die, V. et VI. 2. loc., 3. n. *Thesau.*

Titularis Ecclesiae		Lectiones Noctur.		Assignatur		
N.	Dies.	Fest. Ss.	I.	II. et III.	Festo Ss.	Dies.
24	22. Jul.	Mar. Magd.	ibi	ibi	Marth. s.	23. Oct.
25	25. ,,	Jacobi Ap.	ibi	ibi	Petri d. m.	" "
26	26. ,,	Annae	ibi	ibi	Vinc. d.	" "
27	31. ,,	Ignati C.	B. vir.	ibi	Cajet. d.	" "
28	1. Aug.	Petri Vinc.	ibi	ibi	Cyriac. etc. s.	" "
29	5. ,,	B. M. V. Niv.	ibi	ibi	Clarae d.	" "
30	" ,,	Oswaldi M.	Fr. deb.	2. loc.	B. M. V. d.m.	" "
31	16. ,,	Rochi C.	B. vir.	in Lib.	Clarae d.	25. "
32	18. ,,	Helen. Imp.	Mulier.	Agrum Thesaur	Agap. s.	" "
33	28. ,,	Pelagii M.	Fr. deb.	1. loc.	Ludov. s.	25. "
34	1. Sept.	Aegidii Ab.	B. vir.	in Lib.	August. d.	23. "
35	Dom.	Nom. B. M. V.	ibi	ibi	Rosal. d.m.	9. Sept.
36	17. Sept.	Lamberti M.	A. Mil.	1. loc. 2. loc.	Oct. com.	—
37	29. ,,	D. S. Mich.	ibi	ibi	Stigm. d.	25. Oct.
38	30. ,,	Hieronymi	Sapient.	ibi	B.M.V. d.m.	23. "
39	21. Oct.	Ursulae . .	De Virg.	in Lib. 9.l.Qua.	Die Oct. ut in Dir.	—
40	3. Nov.	Justi M.	Fr. deb.	in Lib.	Oct. com.	—
41	4. ,,	Caroli Ep. C.	Fidelis	ibi	Andr. d.	1. Dec.
42	6. ,,	Leonardi C.	B. vir.	in Lib.	Martini d.	" "
43	11. ,,	Martini Ep.	Fidelis	Direct.	Didaci d.	" "
44	21. ,,	Prs. B. M. V.	ibi	ibi	D. Bas. d.	" "
45	22. ,,	Mauri M.	Fr. deb.	in Lib. 26. huj.	IV Cor. s.	" "
46	25. ,,	Cath. V. M.	De Virg.	ibi	Caecil. d.	26. Nov.
47	30. ,,	Andreae Ap.	ibi	ibi	Theod. s.	1. Dec.
48	3. Dec.	Franc. Xav.	B. vir.	ibi	Chrom. d.	17. "
49	6. ,,	Nicolai Ep.	Fidelis	ibi	Ambr. d.	19. "
50	7. ,,	Ambros. Ep.	Fidelis	ibi	Bibian. s.	17. "
51	10. ,,	Tr. d. Laur.	in fine	Brev.	Luciae d.	" "
52	13. ,,	Luciae V. M.	ibi	ibi	Clement. d.	" "
53	21. ,,	Thomae Ap.	ibi	ibi	Bibian. s.	15. "
54	31. ,,	Silvestri Pp.	ibi	ibi	16. huj. cess. Oct.	sine Oct.
						sine Oct.

In Off. et Miss. S. Silvestri fit com. Oct. Nativ. Dni. (*et occur.* Dom.) tant. — In 2. Vespa. Ant. de Com. Pont. C., ad *Magnif.* Ant. *Dum esset*; com. Circume. Dni.

Tabula

in qua signatur hora, qua Missa potest celebrari, ortus Solis, pariterque tempus, quo licet incipere Matutinum pro sequenti die, nec non solis occasus: idque ad normam veri temporis solis pro latit. geogr. Gorit. 45° 57'.

Mensis	Dies	Ortus solis h. m.	Occas. solis h. m.	Hora Missae h. m.	Hora Mat. h. m.	Dies	Mensis
<i>Januar.</i>	21	7 47	4 13	5 52	2 7	21	
	1	7 44	4 16	5 50	2 8	11	
	11	7 37	4 23	5 45	2 13	1	<i>December</i>
<i>Februar.</i>	21	7 27	4 33	5 37	2 17	21	
	1	7 14	4 46	5 26	2 23	11	
	11	6 59	5 1	5 13	2 32	1	<i>November</i>
<i>Martius</i>	21	6 44	5 16	4 59	2 38	21	
	1	6 31	5 29	4 45	2 45	11	
	11	6 15	5 45	4 30	2 53	1	<i>October</i>
<i>Aprilis</i>	21	5 56	6 4	4 15	3 2	21	
	1	5 40	6 20	3 52	3 10	11	
	11	5 25	6 35	3 31	3 18	1	<i>Septemb.</i>
<i>Majus</i>	21	5 13	6 47	3 10	3 24	21	
	1	4 55	7 5	2 48	3 33	11	
	11	4 42	7 18	2 26	3 39	1	<i>Augustus</i>
<i>Junius</i>	21	4 30	7 30	2 5	3 45	21	
	1	4 21	7 39	1 41	3 50	11	
	11	4 15	7 45	1 30	3 53	1	<i>Julius</i>
	21	4 13	7 47	1 24	3 54	21	<i>Junius</i>

Norma pro sacerdotibus in aliena Ecclesia celebraturis.

Officium celebrantis

Officium alienae ecclesiae

	Si color est idem	Si color est diversus
Dominica quaecumque	3 — 3 1 —	1 — 1 1
Duplex I. vel II. classis	2 2 2 1 2	2 2 1 4
Duplex maius vel minus	2 2 2 1 2	2 2 1 4
Semiduplex, Simplex et Vigilia	5 5 3 1 —	6 6 1 —
Dies infra Octavam	5 5 3 1 —	6 6 1 —
1. Tenetur se conformare ecclesiae. 2. Tenetur se conformare proprio Directorio. 3. Consultius est se ecclesiae con- formare; nequit celebrare Mis- sam votivam vel de Requiem. 4. Tenetur se ecclesiae conformare cum commemoratione festi sui si- ne tercia oratione. 5. Debet se proprio Directorio con- formare; licita est Missa votiva vel de Requiem. 6. Congruentior missa officii sui; admittitur Missa votiva et de Re- quiem.	Dies intra Octavam Semiduplex, Simplex et Vigilia Duplex missus vel minus Dominica quaecumque Duplex I. vel III. classis Dominica quaecumque	Dies intra Octavam Semiduplex, Simplex et Vigilia Duplex quadrumque Dominica quaecumque Duplex quodrumque Dominica quaecumque

Notanda.

Sacerdos celebrans in aliena ecclesia (vel orato-
rio publico), proprio officio prorsus neglecto, illius
missam celebrare debet:

1. Si vices gerens parochi missam pro populo ap-
plicat vel eodem absente aut infirmo missam
cantat sive sit de festo sive de Requiem.
2. Tamen ibi festum peragitur cum solemnitate et
concurso populi.
3. Quoties in ecclesiis monialium (quae totum officium
canonicum recitant) missam conventualem celebrat.
4. Si officium persolvit aliojus Beati, ibidem vero
fit de Sancto.

Quoties sacerdos ritum alienae ecclesiae sequa-
tur oportet, missam celebrare debet, prout ea in Di-
rectorio istius ecclesiae praescribitur, nempe cum
Gloria, Credo, Praefatione et Commemorationibus ibi
adnotatis. In ecclesiis Regularium adhibendum est
Missale Romanum; praeter: Eremit. S. Augustini, Fran-
ciscanos, Capucinos, Carmelitas et Benedictin., (in festo
et infr. Oct. tant. S. Bened.) quorum missalibus uti licet.
Celebrans juxta proprium Directorium, huic sese
omnino conformabit excepto verum symbolo, quod
tunc tantum omittere debet, quando ratione reliquiae
insignis addendum praecepitur.
In oratoriis privatis Missa ubique concordet cum
officio; missa tamen Patroni principalis loci debet
dic et in oratoriis privatis.

Januarius.

- †† 1 C. A. Fer. 4. CIRCUMCISIO D. N. J. C. et Oct. Nativ. ejusd. dup. 2. cl. (*Fest. Dec.*) Off. ppr. sine com. (*conclus. Hymn. Jesu . . . qui natus et ad Prim.* Qui natus usque ad Epiph. exclus.). Miss. ppr. cum Cr., Praef., et *Communic.* de Nativ. Dni. In 2. Vesp. com. seq. tant. Or. ppr.
- " *In singulis per annum Missis solemnibus (cantatis S. R. C. 6. Febr. 1892) et parochialibus sequens addatur pro Augustissimo Imperatore Collecta: Quaesumus omnipotens Deus etc. ex Fol. recenti N. II. S. R. C. die 10. Feb. 1860. Quae collecta vero est omittenda in Festis 1. et 2. class. S. R. C. die 30. Aug. 1860.*
- " *Color. Parament. in Vesp. sumit. ex Off. seq., dummodo saltem Capitul. hab. in praec.; in Exposit. vero SS. Sacramenti semper adhib. C. Alb.*
- 2 C. R. Fer. 5. Oct. S. Steph. Protom. dup. Off. ut in Fest. et hac die, com. Oct. S. Joan., et Ss. Innoc. in L. et M. item ut in Fest. Or. ppr., Cr., et Praef. tant. de Nativ. Vesp. a cap. de seq., com. praec., et Oct. Ss. Innoc.
- 3 C. A. Fer. 6. Oct. S. Joan. Ap. et Evang. dup. Off. ut ut in Fest., ll. ppr., com. Oct. Ss. Innoc. in L. et M. ut in Fest., Cr., et Praef. Ap. In 2. Vesp. com. seq. ut in 1. Vesp. Fest.
- 4 C. R. Sab. Oct. Ss. Innoc. Mm. dup. Off. ut in Fest., ll. hac die, 2. Ant. 3. n. *Isti sunt; ad 8. R. Glor. Patr.*, et omiss. 9. R. dic. *Te Deum.* Miss. ut in Fest. in qua *Glor. in excels.*, Grad. cum 2 *Allel.* et Y. seq. sine Tract., et sine Cr., Praef. de Nativ., et in fin. *Ite Missa est.* In 2. Vesp. com. Vigil. Epiph. ut ibi. et S. Telesphori Pp. M.
- †† 5 C. A. Dom. (*vacat*). Vigil. Epiph. De ea sem. Off. ut in Fest. Circumc., et ppr. loco, com. S. Telesph. in L. et M. ppr. cum *Glor.* 3. Or. *Deus, qui salut.*, Cr., Praef. ut heri. Ad Prim. omitt. prec. Vesp. de seq. sine com.
- " *In Hymn. Jesu . . . qui appar., et sic per Oct.*
- " *Hodie et per seq. Oct. prohib. Miss. Votiv. et Defunct., ac de cadente Anniv., non tamen prohib. Miss. praes.*

vel insepulto Cadav., aut pro re gravi et publica causa.
S. R. C. 10. Dec. 1718.

- †† 6 C. A. Fer. 2. EPIPHANIA Dni. dup. 1. cl. cum Oct. (*Fest. Pal.*) Matut. dict. *Pater, Ave et Credo* ac omiss. *Dne. labia* incip. absolute ab Ant. *Afferte*, ut in ibi. In 3. noct. dic. Ant. et Ps. *Venite*, omiss. Ant. *Homo* et Ps. *Fundamenta* hac die tant. In Miss. Cr., Praef., et *Communic.* ppr. per Oct. Ad Prim. *Y. Qui appar. hodie*, item per Oct. In 2. Vesp. Ps. de Dom., et sic per Oct.
 " *Post Evang. Miss. Solemn. in Metrop. publ. Festa mobilia huj. anni.*
 " *Hodie prohib. Miss. in Orat. priv., et Solemn. de Requiem, etiam praes. Cadav.* S. R. C. 17. Nov. 1607, et 19. Jan. 1752.
- 7 C. A. Fer. 3. de Oct. sem. Off. ut heri, sed ad Matut. dic. *Dne. labia*, cum *Invit.* et *Hymn.* de more, et in 3. n. omiss. Ant. et Ps. *Venite*, dic. Ant. *Homo* et Ps. *Fundamenta*, et sic per rel. Oct., II. vero, R|R|. et Ant. ad *Benedict.* de die 2. infr. Oct. Miss. ut in Fest., 2. Or. *Deus, qui salut.*, 3. *Eccl.* vel *pro Pp.*, quae hab. in Dom. II. post Epiph., Cr., etc. ut heri. Vesp. item ut heri, ad *Magnif.* Ant. *Videntes Stellam.* *Solemnitates Nuptiar.* permit. *hoc anno ab hac die 7. Jan. ad 18. Febr. inclus., et a 13. April. ad 29. Nov. parit. inclus.* In celebrat. *Nuptiar.* cum Miss., (*extra Dom.*, vel alium diem dup. 1. vel 2. class., aut infr. Oct. Epiph., Vigil. Pent., et infr. ejus. Oct. nec non die Oct. Corp. Christi) etiamsi fiat Off. et Miss. de Fest. dup. per ann. sive maj. sive min., dicenda est Miss. pro Sponso et Sponsa, ut in fine Missal. post alias Miss. votiv. specialiter assignat. in C. A., et quia haec (etiamsi cant.) semper dicenda est sine Glor. et sine Cr. cum trib. Orat., nempe 1. ejusd. Miss. votiv. ppr. 2. et 3. diei cur., si 3. quandoq. in dup. non adsit, sumat ea, quae ratione temporis ponenda est 2. loc. in semid. A cunct., vel Deus, qui salut., vel Concede (de B. M. V.), ut in Rubr. Missal. Tit. IX. N. 2. 3. 6., Praef. commun., temp. aut Oct. nunquam vero festi occur. licet de eo fiat com. (S. R. C. 16. April. 1853.) cum Bened. Dno., et Ev. S. Joan. in fin. Diebus vero Dominicis, aliisq. festiv. de pracepto, nec non 1. et 2. class. etc. ut supra dicenda est Miss. de Fest. cum com. Miss. pro Sponso et Sponsa, et reliqua quae pro complemento benedictionis (quae extra Miss. non impert.) in ea habent. post Pater noster, et sub fin. Miss. Ita ex Decr. S. R. C. 28. Febr. 1818.

et hoc in casu in dup. 1. et 2. class. com. pro Sponsis fieri nequit sub unica sed sub altera conclus., et quando plures sunt commemorat., facienda est primo loco post alias de paecepto. S. R. C. 20. April. 1822.

" *Bened. nupt. semper est impert. omnib. illis conjugib., qui eam in contrah. matrim. quacunq; ex causa non obtinuer.; etiamsi petant, postquam diu jam in matrim. vixer., dummodo mulier, si vidua. eam in aliis nuptiis non acceperit. S. C. Inq. 31. Aug. 1881. In celebr. matrim. mixt. Missa est omitt. Instruct. ad omnes Archiep. etc. 15. Nov. 1856.*

" *Jus ad bened. post part. hab. puerp. tant. in leg. matrim. S. R. C. 18. Jan. 1859.*

C Hodie U. Q. hora 4. m. 19. vesp.

- 8 C. A. Fer. 4. De Oct. sem. Off. ut heri, ll. vero de die 3. infr. Oct. In Miss. 2. et 3. Or. ut heri, Cr. etc. Vesp. parit. ut heri et ad *Magnific.* Ant. *Lux de luce.*
- 9 C. A. Fer. 5. De Oct. sem., ll. ex die 4. infr. Oct. Vesp. ut supra, ad *Magnif.* Ant. *Interrogabat.*
- 10 C. A. Fer. 6. De Oct. sem., ll. ex die 5. infr. Oct. In Miss. 2. et 3. Or. ut supra, Cr., etc., ad *Magnif.* Ant. *Omnes de Saba,* com. S. Hygini Pp. M. (R) Or. *Infirmit.*
- 11 C. A. Sab. De Oct. sem., ll. ex die 6. infr. Oct., com. S. Hygini in L. et Miss. 3. Or. *Deus qui salat.,* Cr. etc. Vesp. a cap. de Dom. ut ibi, com. Oct.
- †† 12 C. A. Dom. infr. Oct. et I. post Epiph. De ea sem. Off. ut in Fest. et hac Dom., ll. 1. n. *Inc. Ep. I. ad Corinth.* ex dicta Dom., rel. ibi. 1. R). *Hodie in Jord.,* com Oct. in L. et M. ppr. sine 3. Or., Cr. etc. Vesp. de seq. ut in 1. Vesp. Fest. Or. ppr., com. Dom.
- 13 C. A. Fer. 2. Octava Epiph. dup. Off. ut in Fest. et ppr. loco, 1. R). ut heri. Miss. ppr. cum Cr. etc. In 2. Vesp. com. seq. Ant. *O Doctor,* et S. Felicis Pr. M.
- 14 C. A. Fer. 3. S. Hilarii Ep. C. Doct. dup., *mer. supr.*, ll. 1 n. cur. fer. *ad Corinth.,* rel. ibi, sed. in fin. VI. lect. addat. ut in fine Lib., 9. l. et com. S. Felicis in L. et M. *In medio de Com. Doct. 3. Or. Deus, omn. fidel. pro XIII. Anniv. Consecr. Celmi. ac Revni. Dni. ALOYSII Archiep. Nostri et Princ.,* ut in tali Miss. post votiv. B. M. V. cum Cr. Vesp. a cap. de seq., *mer. supr.,* com. pae. Ant. *O Doctor* Ȑ. *Elegit,* et S. Mauri Ab. C. Ant. *Euge* Ȑ. *Justum ex Laud.* " *In Eccl. Metrop. post Non. cant. Miss. ejusd. Anniv.*

- Sacerd. tui ppr. ut supra in C. A. cum Glor. et Cr.
- Hodie N. L. h. 11. m. 14. vesp.**
- R 15 C. A. Fer. 4. S. Pauli I. Eremit. C. dup., ll. 2. n. ibi, 9. l. et com. S. Mauri, Ant. et **Y.** ex 1. Vesp. in L. et M. ppr. Vesp. a cap. de seq., Or. *Da quaesumus*, com. praec.
- 16 C. A. Fer. 5. S. Titiani Ep. C. dup. ll. 2. n. ex Lib. Miss. *Statuit*. Vesp. a cap. de seq., com. praec.
- R 17 C. A. Fer. 6. S. Antonii Ab. C. dup., ll. 2. n. ibi. Miss. ppr. Vesp. de seq., com. S. Pauli Ap., praec., et S. Priscae V. M.
- * „ *In Eccl. titul. (vid. Tab. pag. 10.)* N.o 1. — Dup. 1. cl. cum Oct.
- 18 C. A. Sab. Cathedra S. Petri Ap. Romae dup. maj. Off. ut ibi, com. S. Pauli, 9. l. et com. S. Priscae in L. et M. ppr., Cr., et Praef. Ap. Vesp. de seq., com. praec., S. Pauli, et Dom. tant.
- „ In Hymn. *Jesu . . . qui natus*, et sic cras.
- †† 19 C. A. Dom. II. post Epiph. Fest. SS. NOMINIS Jesu dup. 2. cl. (*Fest. Dec.*) Off. ppr., 9. l. et com. Dom., ac Ss. Marii et Soc. Mm. in L. et M. ppr., (*de Ss. Mm. in Miss. priv. tant.*), Cr., Praef. tant. Nativ. Dni, et Ev. Dom. in fin. Ad Prim. **Y.** *Qui natus*. In 2. Vesp. com. seq., et Dom.
- „ *Hodie Christi Fidel. vere poenit., confessi, ac Sacra Communione refecti, si in aliqua Eccl. in Statib. haered. Suae Sacrae Caesar. Majest. Miss. Solemn. aut etiam privatae interfuerint, et ibi ad intent. S. Matr. Eccl., ac pro ejusd. exalt. pias ad Deum preces effuderint, lucrab. Indulg. plenar. ex concess. perpetuo valitura Innocenti XIII. Pp. de die 18. Jul. 1722. Quae vero nunc per tot. Oct. ita ext. nd., ut quivis Chr. Fidel. illam usque ad Dom. seq. inclus. semel lucrari possit ex concessione Pii VII. dd. 21. Maii 1810. et Pii IX. dd. 2. Mart. 1866.*
- 20 C. R. Fer. 2. Ss. Fabiani et Sebast. Mm. dup., ll. 1. n. *Inc. Ep. II. ad Corinth.* ex Dom. praec., rel. ibi. Miss. ppr. Vesp. a cap. de seq. ut ibi, com. praec.
- R 21 C. R. Fer. 3. S. Agnetis V. M. dup. Off. et Miss. ppr. Vesp. a cap. de seq., com. praec. ut ibi.
- * „ *In Eccl. titul.* N.o 2. — Dup. 1. cl. cum Oct.
- 22 C. R. Fer. 4. Ss. Vincentii (R) et Anastasii Mm. dup., ll. 2. n. ibi. Miss. *Intrat.* Or. etc. ppr. Vesp. de seq. (*ad 1. Stroph. Hymn.* Ave Maris Stella genufl. in Chor. usque ad Coeli porta, et sic in aliis Off. B. M. V. per ann.), com. praec., et S. Emerentianae V. M. tant.

- „ In Hymn. *Jesu . . qui natus*, et sic cras.
- 23 C. A. Fer. 5. Desponsat. B M. V. dup. maj. Off. ut in fin. Brev., 9 l. et com. S. Emerent. tant. in L. et M. ppr. in fin. Missal., Cr., Praef. *Et te in Desponsat.* Ad Prim. *¶ Qui natus*. In 2. Vesp. com. seq.
- **Hodie U. Q. h. 3. m. 37. mane.**
- R 24 C. R. Fer. 6. S. Timothei Ep. M. dup., ll. 2. n. ibi.
* Miss ppr. Vesp. de seq., com. S. Petri Ap., et praec.
„ *In Eccl. titul.* N.o 1. — Octava S. Anton Abb. dup.
- 25 C. A. Sab. Convers. S. Pauli Ap. dup. maj. Off. ppr., com. S. Petri in L. et M. ppr., Cr., Praef. Ap. In 2. Vesp. com. S. Petri, seq., et Dom.
- †† 26 C. R. Dom. III. post Epiph. S. Polycarpi Ep. M. dup., ll. 1. n. *Inc. Ep. ad Galat.* cur. Dom., rel. ibi, 9. l. et com. Dom. in L. et M. ppr., Cr., Praef. SS. Trinit., et Ev. Dom. in fin. Vesp. a cap. de seq. *mer. supr.*, Ant. *O Doctor (in qua sicut in Or. non omitt. predicat.* Chrysost.). com. praec.
- R 27 C. A. Fer. 2. S. Joan. Chrysost. Ep. C. Doct. dup., ll. 2. n. ibi. Miss. ppr. cum Cr. In 2. Vesp. com. S. Agnetis 2 do Ant et Or. ppr. *vel:* com. seq. ppr. ex Lib. recent., et S. Agnet. 2do.
- „ **Cras resumunt. Suffr. Sanctor. appos. deb. loc. com.**
S. Joseph, in quibus pro S. Maria dic. *¶*. Post Partum et Or. Deus, qui salut, pro Ss. Patronis vero Ant. Laudemus vel Hl sunt et *¶*. Orate etc. usque ad diem 2. Febr., sed deinceps quia *¶*. Ora pro nobis, dic. pro S. Maria, *¶*. et R. pro Ss. Patron. sumunt. ex Com. pl. Mm. ut in fine Direct.
- * 28 C. R. Fer. 3. S. Agnetis 2do, V. M. Simpl. Off. de Com V. M. Ant. et 12 Ps. huj. fer. ex Psalm., Abs. *Ipsius*. Ben. *Ille nos* etc. ante Psalm., ll. I. et II. cur. fer. III. ppr., R. ex n. Fest. (1. et 2.), *Te Deum*. In Miss. ppr. cum *Glor.*, 2. Or. *Fidel.* (Def.), 3. *Dcus, qui salutis*. Vesp. de seq. *mer. supr.* Ant. *O Doctor vel:*
- C. R. Fer. 3. Off. votiv. de Ss. Apostol. sem., ll. 2. et 3. n. ex Lib. recent., 9. l. et com. S. Agnet. 2do in L. et M. ppr. ex Fol. ppr., 3. Or. *Deus qui salut.* Vesp. de seq., *mer. supr.* Ant. *O Doctor*, com. praec.
„ *In Eccl. titul.* N.o 2. — Octava S. Agnetis V. M. dup. (*Vide Tab. pag. 10. not. ***)
- R 29 C. A. Fer. 4. S. Francisci Sales. Ep. C. Doct. dup., ll. 1. n. *Sapientiam*, 2. n. ppr. ut ibi, sed in fin. VI. lect. addat.: et a Summo Pontifice Pio Nono, ex Sacrorum Rituum Congregationis consulto, Universalis Ecclesiae Doctor fuit declaratus, 3. n. de Com. Doct.

1. loc., 8. R. et Miss. *In medio*, Or. ppr. cum Cr. In 2. Vesp. com. seq.
- 30 C. R. Fer. 5. S. Martinae V. M. sem. Hymn. Vesp. praeun. jung. Hymn. Matut. sub un. concl. si hab. sejunct. ll. 1. n. *Inc. Ep. ad Ephes.* ex fer. 4. praec., rel. ibi, ad Laud. Hymn. ppr. Miss. *Loquebar.* 2. Or. *Deus qui salut.*, 3. *Eccl.* vel *pro Pp.* Vesp. de seq., Or. ppr. ex Lib., com. praec.
- ② Hodie P. L. h. 9. m. 50. mane.
- R 31 C. R. Fer. 6. Translat. S. Marci Evang. dup. Off. de Com. Ap., ll. vero de Com. Evang. Miss. ppr. ex Fol., Cr., Praef. Ap. Vesp. a cap. de seq. com. praec.
 „ *Si Oratio ab Ordinario preecepta in Missa sit pro re gravi, omittenda erit in dup. 1. cl. In dup. 2. cl. poterit ad libit. Celebrantis legi vel omitti in Miss. privat. tant., in Conventuali et Solemni omittenda. Omittenda est insuper in Dom. Palmar., Vigil. Pente., et Nativ. Dni. S. R. C. 23. Maii 1835 et 16. April. 1853. Non licet autem illam recitare loco 3. ordinatae ad libit., sed recitanda est 4. loco. S. R. C. 17. Aug. 1709.*

Februarius.

- R 1 C. R. Sab. S. Ignatii Ep. M. dup., ll. 1 n. *Inc. Ep. ad Philipp.* ex Dom. IV. post Epiph. rel. ibi, 9. 1. et com. Dom. IV. post Epiph. in L. et M. ppr. et Ev. Dom. in fin. In 2. Vesp. com. Dom.
 „ *Ad Bened. Dno.* addunt. 2 *Allel.* et deinceps ubique omitt.; ad init. vero Horar. dic. *Laus tibi Dne.* usque ad Fer. V. in Coena Dni. excl.
- †† 2 C. Viol. Dom. SEPTUAGESIMAE 2. cl. (*Fest. Schol.*) De ea sem. Off. ut in Psalm. et hac Dom. In 1. Ps. *Venite, dicto Salutari nostro,* repet. Invit. *Praeoccupemus.* Ad Matut. Hymn. *Primo die* et ad Laud. *Aeternae,* ll. 1. n. *Inc. Lib. Genes's.* Non dic. *Te Deum* sed 9. R. Miss. sine *Glor.*, 2. Or. *Deus qui salutis*, 3. *Eccl.* vel *pro Pp.*, Cr., (*Seqr. pro B. V. Tua Dne. ex Miss. votiv. ejnsd. post Purif.*) Praef. SS. Trinit. et in fin. *Bened. Dno.* Ad Prim. loco Ps. *Confitemini dic. Ps. Dnus. regnavit,* et Symb. *Quicunq.* et sic in aliis Off. Dom. ante Pasch. Vesp. de seq., com. Dom., et S. Blasii Ep. M. (R) Or. ppr. ex Lib.
 „ In Hymn. *Jesu . . qui natus,* et sic eras.

- " *Hodie in Miss. Solemn. Min. utunt. Daluu., et Organ. puls. quae non silent quando Min. utunt. Dalm., quamvis C. sit Viol. S. R. C. 2. Sept. 1741.*
- " *In fin. Completor. huj. diei dic. Ant. final. B. M. V. Ave Regina Coelorum. cum X. et Or. ppr. et sic deinceps usque ad Fer. IV. Major. Hebdom. inclus.*
- " *Hodie fit Benedictio (manib. semper junctis) et Distributio Candel. (In Metrop. Off. Cel.mi Archiepiscopi) in C. Viol. In Eccl. Metrop. et paroch. Min. cum Planet. plie., alibi vero cum Alba et Stola sine Monip. Ante Or. Exaudi dic. Flectam. genua.*
- 3 C. A. Fer. 2. PURIFICATIO B. M. V. dup. 2. cl. Off. ut ibi, 9. l. ex trib. un. ex Lib. et com. S. Blasii in L. et M. ppr., in qua dicto Grad. et omiss. *Alleluia.* et X. seq. subjung. *Tract.*, idemq. serv. in aliis Miss. Ss. et Votiv. si celeb. ante Dom. Palmari; quod si desit in ppr. loc. sumat. ex respect. Com., Cr., et Praef. tant. Nativ. Dni. Ad Prim. X. *Qui natus.* In 2. Vesp. com. seq., S. Andreae Cors. Ep. C. (R.), et S. Blasii.
- " *In Eccl. titul. N.o 3. — S. Blasii Ep. M. dup. 1. cl. cum Oct.*
- * 4 C. R. Fer. 3. Off. Orationis D. N. J. C in Monte Olivet. dup. maj. Off. ppr. ex Lib., 8. et 9. l. nn., 9. l. ex trib. un. et com. S. Andreae in L. et M. ppr. ex Fol., Cr., et Praef. de Cruce. In 2. Vesp. com. seq., et S. Andreae.
- " *In Eccl. titul. N.o 3. — Purificatio B. M. V. dup. 2. cl.*
- R 5 C. R. Fer. 4. S. Agathae V. M. dup. Off. ppr. ut ibi. Miss. ppr. Vesp. a cap. de seq., Or. ppr. ex Lib., cem. praec. Ant. ppr. ut in 1. Vesp., et S. Dorotheae V. M. (R), X. *Adjuvabit.*
- R 6 C. R. Fer. 5. S. Anastasiae M. dup. Off. de Com. M. non V., ll. 2. n. ex Lib., 9. l. et com. S. Dorotheae X. *Specie* ex 1. Vesp. in L. et M. *Me expectav.* II, Or. ppr. ex Fol. Vesp. a cap. de seq., *mer. supr.*, com. praec.
- C** Hodie U. Q. h. 1. m. 32. mane.
- R 7 C. A. Fer. 6. S. Romualdi Ab. C. dup., ll. 2. n. ibi. Miss. *Os justi* II. Vesp. a cap. de seq., Or. ppr. ex Lib., com. praec.
- 8 C. A. Sab. S. Juventii Ep. C. dup., ll. 2. n. ex Lib. Miss. *Statuit.* Or. ppr. ex Fol. In 2. Vesp. com. Dom., S. Paulini Patr. Aquil. C. Or. *Da quæsumus*, et S. Apolloniae V. M. (R).

- †† 9 C. Viol. Dom. Sexag. 2. cl. De ea sem. Off. ut 2. hui. et ppr. loc., com. sine lect. S. Paulini et S. Apollon. in L. et Miss. sine *Glor.* 2. Or. S. Paulini, 3. S. Apolloniae, Cr., Praef. SS. Trinit. et in fin. *Bened. Dno.* Vesp. de seq., com. Dom., et S. Paulini.
Hodie Min. etc. ut supra Dom. Septuag.
- R 10 C. A. Fer. 2. S. Scholasticae V. dup., ll. 2. n. ibi. Miss. *Dilexisti*, Or. ppr. Vesp. de seq. ex Lib., com. Ss. Fundator. Ord. Serv. B. M. V. CC. (R) ppr. ex Lib. recmo., et praec.
„ In Hymn. *Sit laus Patri etc.* et sic cras.
„ *In Eccl. titul.* N.o 3. — Octava S. Blasii Ep. M. dup.
- R 11 C. R. Fer. 3. Off. Commem. Passionis D. N. J. C. dup. maj. Off. ppr. ex Lib., 9. l. ex trib. un. et com. Ss. Sept. Fund. ex Lib. recmo. in L. et M. ppr. ex Fol. (*Or. etc. pro Ss. Sept. Fund. ex Fol. ppr. recmo.*) Cr. et Praef. de Cruce. Ad Prim. Ý. *Qui pro nobis pati etc.* In 2. Vesp. com. seq., et Ss. Septem Fundator. Ant. ppr.
- R 12 C. A. Fer. 4. S. Petri Nolasco C. dup. (*in Brev. 31. Jan.*), *mer. supr.*, ll. 2. n. ibi. Miss. *Justus*, Or. ppr. Vesp. a cap. de seq., *mer. supr.*, com. praec.
- * R 13 C. A. Fer. 5. S. Joannis de Matha C. dup. (*in Brev. 8. huj.*), ll. 2. n. ibi. Miss. *Os justi I.*, Or. ppr. In 2. Vesp. com. seq., Or. *Deus qui nos*, et S. Valentini Pr. M. (R).
- ¶ Hodie N. L. h. 5. m. 7. vesp.**
„ *In Eccl. titul.* N.o 4. — S. Fuscae V. M. dup. 1. cl. cum Oct. partial.
- R 14 C. A. Fer. 6. S. Zoili C. sem., *mer. supr.*, ll. 2. et 3. n. 1. loc., com. S. Valentini in L. et M. *Os justi I.*, 3. Or. *A cunctis* (*add. cum beato Joseph*). Vesp. a cap. de seq., com. praec., ac Ss. Faustini et Jovitiae Mm. (R).
„ *In Eccl. titul.* N.o 5. — S. Valentini Pr. M. dup. 1. cl. cum Oct. part.
- R 15 C. R. Sab. S. Marcelli Pp. M. sem. (*in Brev. 16. Jan.*), ll. 2. n. ibi (ppr. recent.), 8. R. *Dne. praevenisti*, 9. l. et com. Ss. Mm. in L. et M. ppr. 3. Or. *A cunct.* Vesp. a cap. Dom., com. praec., et S. Julianae V. M. (R) Or. ppr. ex Lib.
- †† 16 C. Viol. Dom. Quinquag. 2. cl. De ea sem. Off. ut 2. huj. et ppr. loc., com. sine lect. S. Julianae in L.

- et M. sine *Glor.* (*Or. pro S. Julian. ex Fol., rel. ex Miss. Loquebar*), 3. Or. *A cunctis*, Cr., Praef. SS. Trinit. et in fin. *Bened. Dno. Vesp.* de seq., Or. *Deus qui nos conced.*, com. Dom., et S. Julian.
 " *Hodie Mia. etc. ut in Dom. Septuag.*
 " *Ubi hoc triduo fit. Exposit. 40 Hor. in Miss. addat. Or. de SS. Sacram.*
- R 17 C. R. Fer. 2. Ss. Chrysantiani et Soc. Mm. dup., ll. 2. et 3. n. 2. loc. Miss. *Sapient. Ss.* In 2. Vesp com. seq., et S. Simeonis Ep. M. (R).
- 18 C. A. Fer. 3. S. Raimundi de Pennaf. C. sem. (*in Brev. 23. Jan.*) mer. *supr.*, ll. 2. n. ibi, 9. l. et com. S. Simeon. in L. et M. *Os justi I.*, Or. ppr., 3. Or. *A cunct.* In 2. Vesp. com. S. Juliani de Bono Alb. C., Or. *Adesto.*
 " *Post Complet. hujus diei cessat Off. cuiusl. Oct. antea inchoatae, nisi foret 7. dies infr. Oct., et tunc cessa- ret post Non. huj. diei.*
 " *A seq. die usque ad Oct. Paschae inclus. prohibitum est Nuptias celebrare.*
 " *Hac nocte hora XI. datur signum Campanae annunt. init. Jejunii Quadrag. quod incip. media nocte.*
- 19 C. Viol. Fer. 4. CINERUM et Init. Jejunii Quadr. De ea, (*in Chor. Ps. Grad., rum precib. flex. genib., et 3. n. B. M. V.*) Off. ex Psalt. per ann. et ppr. loc., Absol. *A circul.* Ben. Ev. lect. Ad *Benedict.* Ant. et Or. ppr. (*et sic quotid. per Quadr.*), *¶* de Psalt. per ann. usque ad Sab. seq., prec. ferial. flex genib. ad Laud. et rel. Hor., com. de Cruce, et Suffr. Ss. item flex. genib., et sic in Off. fer. seq., com. sine lect. S. Juliani in L. et M. ppr. (*Or. etc. pro S. Julian. ex Miss. Justus*) 3. Or. *A cunct.* sine *Gloria* et sine *Cr.*, Praef. *Qui corporal. jcj.*, quae dic. quotidie etiam in Miss. Dom., Ss. et Votiv. ppr. non habent. usque ad Dom. Passion. exclus., nisi alit. notet. Post Postc. praemiss. *Humiliate capita etc.* dic. Or. super. Popul. (*et sic in Miss. ferial. tant. usque ad Fer. IV. Maj. Hebd.*), et in fin. *Bened. Dno. Vesp.* de seq., mer. *supr.* Or. ppr. ex fin. Lib., com. S. Juliani, et fer. Ant. et Or. ppr. (*et sic per Quadraq.*) *¶* *Dirigat.*, et sic. fer. 5. et 6. seq.
 " *Hodie prohib. Miss. Votiv., et Def., et quodcumq. Off. occur. etiam 1. cl.*
 " *Ante Miss. Convent. seu Major. fit Benedict. (manib. semper junct.) et Distribut. Ciner. ut in Missal. In Metrop. (et paroch.) Min. cum Planet. plic. sine Man- nipp., alibi vero cum Alba et Stola item sine Manipulo.*

- „ Cineres non benedic., nisi factae ex ramis Olivar. etc.
praecedenti anno benedict., ut praescrib. in Rubr.
Missal. Cineres vero remanentes deponi debent in Sa-
cario.
- „ In Eccl. Metrop. (et paroch.) in Miss. Solemn. Min.
cum Planet. plic. Organ. non puls. Subd. deponit Planet.
dum lectur. est Epist., quam legit in Alba. et ea
finita osculalaq. C lebrantis manu illam resumit. Si-
milit. Diac. dimit. eam cum lectur. est Evang. et ejus
loco induit Stolam magnam, quam sub brachio dext.
juugit illamq. post Commun. deponit et resumit Planet.
ut prius. In aliis vero Eccl. Min. cum Alba, Stola,
Manip.
- „ Quando in semid. ad Off. Hor., Vesp., et Complet.
non adhib. Stola C. Viol. prec. semper dic. stando; si
vero adhib. C. Viol., dic. semper flex genip., except.
Complet. Sab. et toto Off. Dom.
- „ In Eccl. Metrop. per Quadr. cum occur. Off. de Fest.
cant. 2 Miss. I. de Fest. post Tert. in C. Festo con-
venienti, et hoc ordine: In dupl. unica Or. de Fest.
com. Simpl. si occur.; in Semid. vero 1. Or. de Sancto,
2. Simpl. si occur. 3. A cunct. si autem non occur.
2. Or. A cunct., 3. pro Viv. et Def. et sic usque ad
Dom. Passionis. II. vero de Fer. post Non. Or. ibi,
et in utraq. Miss. Praef. Quadrag. (nisi adsit ppr. pro
Festo) cum Evang. S. Joan. in fin. et in Miss. fer-
tant. Bened. Dno.
- 20 C. A. Fer. 5. S. Titi Ep. C. dup., ll. 1. n. *Fidelis*, rel.
in fin. Lib., 9. l. et com. fer. in L. et M. *Statuit*,
Or. ppr. ex Fol. ppr. Ev. *Designavit* (31. Jul.) 2.
Or. *Deus, omn. fidel.* inter divers. N.o 4 pro XVIII
Anniv. Exalt. Sum. Pont. LEONIS Pp. XIII. et Ev.
fer. in fin. Vesp. de seq. ex Lib., com. praec., et fer.
„ In Eccl. titul. N.o 4. — Off. votiv. de SS. Sacram.
sem.
- * 21 C. R. Fer. 6. Off. SS. Spineae Coronae D. N. J. C.
dup. maj. Omn. ppr. ex Lib., 9. l. et com. fer. in L.
et M. ppr. ex Fol., Cr., Praef. de Cruce et Ev. fer.
in fin. In 2. Vesp. com. seq. ppr., S. Pauli, et fer.
„ In Eccl. titul. N.o 1. — Com. in utriusq. Vesp., L.
et M. S. Timothei Ep. M. — 3. — Item S. Schola-
sticae V. — 4. — Item S. Joannis de Matha C.
- Hodie P. Q. h. 10. m. 9. vesp.**
- 22 C. A. Sab. (*Vigil. de qua nihil. in Off.*). Cathedra S.
Petri Ap. Antioch. dup. maj. Off. ut 18. Jan. et ppr.
loc., com. S. Pauli. 9. l. et com. Sab. in L. et M. ppr.
die ut supra, 4. Or. Vigil., Cr., Praef. Ap., et Ev.

- Sab. in fin. In 2. Vesp. com. S. Pauli, Dom., et S. Margaritae de Corton. Poen. (R).
- ” *Hodie et deinceps usque ad Pascha in Chor. dic. Vesp. ante prandium, solis Dom. except., in quib. dic. hora consueta, ad quas in Sab. Ant. Ave Regina dic. stansdo S. R. C. 12. Aug. 1854. Cui quidem usui in priv. Horarum recitatione conformari convenit.*
- INCIPIT PARS VERNA BREVIARII.
- †† 23 C. Viol. Dom. I. QUADRAGESIMAE 1. cl. De ea sem. (*Fest. Schol.*) Off. ut in Psalt. et ppr. loc., com. S. Margarit. Ant. ppr. ex fin. Brev. in L. et M. sine Glor., 2. Or. S. Margar. ex Fol. 3. *A cunct., Cr., Praef. Qui corporali jej,* et in fin. *Bened. Dno.* Ad Prim. lect. brev. *Quaerite Dnum* dicend. in Off. Dom., et fer. tant. usque ad Dom. Passion. exclus. Vesp. de seq., com. Dom., et S. Margar. Ant. ppr. *In Eccl. Metrop. Min. etc. ut die Cicer.*
- † 24 C. R. Fer. 2. S. Mathiae Ap. dup. 2. cl. Off. ut ibi, R 9. 1. et com. fer. in L. et M. ppr. cum Cr., Praef. Ap. et Ev. fer. in fin. In 2. Vesp. com. seq., Ant. *O Doctor* Or. ppr. ex fin. Lib., et fer.
- 25 C. A. Fer. 3. S. Cyrilli Alex. Ep. C. Doct. dup. (*fuit 21. huj.*, *mer. supr.*, ll. 1. n. *Sapientiam*, rel. in fin. Lib., 8. R). *In medio*, 9. 1. et com. fer. in L. et M. *In medio*, Or. ppr. ex Fol. ppr. cum Cr. et Ev. fer. in fin. Vesp. a cap. de seq., *mer. supr.* Ant. *O Doctor* Or. ppr. ex Lib., com. praec. Ant. *Anavit*, et fer. ” *In Eccl. titul.* N.o 4. — S. Titi Ep. C. dup. — 5. Zoili C. sem.
- R 26 C. A. Fer. 4. (*Quat. Temp.*) S. Petri Dam. Ep. C. Doct. dup., *mer. supr.*, ll. 1. n. *Fidelis* 1. loc., rel. ex Lib., 9. 1. et com. fer. in L. et M. *In medio*, Or. ppr. ex Fol. (*Or. fer. quae est ante I. Epist.*), Cr. et Ev. fer. in fin. In 2. Vesp. com. seq. ppr. ex Lib. recent. (*omiss. Alleluja*), et fer.
In Hymn. Compl. *Jesu . . qui natus* et sic eras.
- 27 C. A. Fer. 5. Off. votiv. de SS. Sacramento, sem. Omn. ut in Fest. Corp. Cirr. vel in fin. Brev., ll. 1. n. ut in Fest., 2. n. ex Sab. infr. Oct., 3. n. ex fer. 6. infr. Oct., 9. 1. et com. fer. in L. et M. *Cibavit* inter votiv., 3. Or. *A cunctis*, Praef. de Nativ. Ad Prim. ¶. *Qui natus.* Vesp. de seq. ex Lib., com. fer. tant.
” In Hymn. *Clavis forato* etc. et sic eras.
” *In Eccl. titul.* N.o 3. — Oration. D. N. J. C. dup. maj. — 4. 5. — S. Cyrilli Alex. Vp. C. Doct. dup.
- 28 C. R. Fer. 6. (*Quat. Temp.*) Off. Lanceae et Clav. D. N. J. C. dup. 2. cl. Omn. ppr. ex Lib., 9. 1. et com.

Err. Corr.

Februarius.

22. C. A. Sab. Cathedra S. Petri Ap. Autioch. dup. maj. Off. ut 18. Jan. et ppr. loc., com. S. Pauli, 9. l. et com. Sab. in Laud. et M. ppr. die ut supra, Cr., Praef. Ap. et Ev. Sab. in fine. In 2. Vesp. com. S. Pauli, Dom. et S. Margar. de Coron. Poen. (R.).

Hodie etc.

- †† 23. C. Viol. Dom. I. Quadrag. etc. Vesp. de seq. mer. *supr.*, Ant. *O Doctor*, Or. ppr. com. Dom et S. Margar. Ant. ppr.

